



et iis per experientiam et rationem praecognitis, eam rite tollere; quomodo ergo merito medicus potest censeri et omnino nominari, qui nihil scit, neque morborum symptomata cognoscit, nec indolem, nec causam, neque medicamentorum usum; eorumque indolem? nisi et simulacrum hominem merito appelles.

### A liud.

Non est fane cujuscunque morbos aggredi, et artem exercere, sed illius tantum, qui scientia praeditus est.

### A liud.

Erravit aliquando etiam peritissimus et optimus medicus, remedia inopportuna adferens, vel morbum ignorans; qui vero prorsus imperitus cum sit, tamen morbum curare audet, quomodo utrosque hos errores evitare potest?

### A liud.

Miser est qui cum graviter aegrotet, medicinae quemdam imperitum ad domum accersit: illius enim infelicia et ineptis remediis, vel morbum diuturnum, vel mortem citissimam habebit.

### A liud.

Laudare velim illum medicum, qui graves morbos vel curatu difficiles, curabiles efficit,